



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

28. Humanæ voluntatis cum divina consensus & conspiratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

In alterutro horum teipsum, mi ægrote, colloca, & mox omnes dolores tuos senties mitemcere. Longè suavius tuos perferes, si tui Domini cruciatus æstimaveris.

At tu, mi cliens, dolores lentis? Hic meus filius maiores. Angeris? Filius meus? magis. Parum solatii habes? Minus iste. Multum pateris? Plus iste. Non adeo multum tibi videris peccasse? Nihil iste & tamen quiddam peccatis omnium debebatur, unus iste & solus excepit. Vide caput, brachia, pedes; vide totum corpus: nullum membrum, pars nulla cruciatibus vacat. Non tantum manus pedesque clavorum tormenta sentiunt; tui sunt & auribus, & lingua, & oculis clavi. Nec quidquam in eo designare est, cui non suum sit tormentum. Vide ergo, fili mi, filium meum, & ipsius doloribus tuos mitiga. Cruciatui tui guttulas, cum hoc tormentorum Oceano misce. Ita dolores tui plus habebunt pramii, minus tormenti.

Vellet quod vult Deus nil utilius.
Epist. lib. 4. differt. c. 7. circa med.
Idem Enchir. cap. 13. & cap. 78.

Vti fanis, agrotis, moribundis nihil est factu facilius, ita nil omnino utilius, quàm, *Vellet quod vult Deus*. Hoc dies noctèque, hoc mane, meridie, vespèri, hoc horis omnibus, hoc assidue, hoc fanis & agrotis, hoc nemini non inculcandum. Epictetus solâ præceptrice naturâ sapientissimus hac in re magister effectus: *Melius, inquit, illud iudico quod Deus vult, quàm quod ego. Adhereo illi ut minister & pedisequus: cum ille desidero, cum illo exopto: denique quod ille vult, idem & ipse volo. Atque ut modum ostendat, quo in rebus humanis omnibus voluntas divina est sequenda, istud insuper addens: Semper, inquit, illud potius volo quod sit. Quidquid enim fit (peccatum excipimus) divina voluntate fieri certum est. Hoc ergo fieri potius velimus quod fit, quiddam denique nobis ipsis vel aliis quibuscumque fiat. Eâ de causâ hic ipse sapientissimus philosophus quælibet monens: Ne postules, inquit, ea quæ sunt, arbitrati tuo fieri. Sed, si sapias, ita fieri quæque velis, ut sunt. Necessitati qui probè se accommodat, sapit; estque rerum divinarum conscius.*

Hoc ipsum de humanâ voluntate ad divinam conformandâ longè confirmatiùs docens Epictetus: *Mihi*

Superi! quam hoc Christianè, quam hoc sapienter,
quam divinè! Quid agimus, Christiani, aut quæ frons
nostra, si ad hæc talia non erubescimus? Bruta sumus
pecora, imò saxa sumus & durissimæ cautes, si sensus
nobis non redeat ad luculentissimam hanc Naturæ
informatiorem. Sed audiant divinæ voluntati rebelles,
audiant & respondeant Epicteto æquissima postulant:
Offendere mihi atque, inquit, qui egrotet, & beatus sit: Lib. 2. dy.
qui & in periculo sit, & beatus: qui & moriatur, & sit bea- serr. c. 19.
tus: Animum ostendat aliis vestrum hominis, qui idem post med.
cum Deo sentire velit, posthac nec Deum nec homines cultu-
rurus, qui nulla re frustretur, qui nullo casu ledatur, qui non
trascatur, qui invidet nemini, qui non emulatur: qui (quid
enim ambagibus est opus?) ex homine Deus fieri desideret.
Certe fieri licet hæc voluntatum conjunctione. Quo-
ciatque agrotus cum eodem Epicteto sapere non recuset, Ench. c. 77.
dicatque: Duc me, ô Deus, & tu voluntas divina, cò
quod sum à vobis destinatus. Sequar enim alacriter, c. 79.
Quòd si nolo, & improbus ero, & nihilominus se-
quar coactus. Ergo, si Deo ita visum fuerit, ita fiat.

§. 29. Desperationi occurrendum.

Nihil desperatione periculosius, nihil pejus salutis Desperatio
hostis invenit. Cetera enim suis cuncta remediis nihil
leniunt, hoc malorum maximum atque ultimum, ubi
ab euntem animam oppresserit, nullus jam remedio lo-
cus est. Huic ergo cum temper, tum in fine vehementius
obstundendum est, quod & tunc erigere acutus solet, &
nihil jam est reliquum salutis consilia cunctanda reji-
cias. Extremæ horæ negligentia profus irreparabilis Negligentia
est: non refurgit, qui hic lehaliter ceciderit. Ergo vel horæ ex-
tremæ evigila, agrote. Pejor est nunquam quam ad
vesperam expergilci, & omnino quidquid male differ-
tur, pejus omittitur. Oculos in altum erige, cerne patu-
lum crucifixi Domini pectus, aperta ad amplexum bra-
chia, parata ad medendum vulnere. Neque hic oratio-
ne longa est opus: Peniteat te errasse, & perorasti. Dic *Ex homolog.*
ex animo, *Peccavi, Deus tibi propitiatus. Emendatio-*
nem sponde, & veniam impetrasti. Nullum tam ma-
gis est hominis peccatum, quin multo major sit Dei
misericordia. Hanc speras spes non confundit. *Misericordia Dei*
major omni
peccato.
Suaris Do-
minus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus.
Ipsum Dominum audi: Nunquid abbreviata, inquit, *Rom. c. 9.*
parvula facta est manus mea, ut non possim redimere? aut non *v. 9.*
est in me virtus ad liberandum? *Psalm. 144.*

Sed nos frequenter omni ex parte fallimur: in peccato fervidi, post peccatum gelidi, peccando quidem exultamus, memorando peccata desperamus. Multi spe venie peccant, cum peccaverint, veniam desperant. Peccatores multi veniam desuperant. Utrumque malè, sed hoc alterum multò pessimè. Ergo, infauftam peccatorum sarcinam quam primum abijce.